cum caritate mansuete conveniat, ut ab eis vulnus unde
agitur recte sanetur. aut ipse si secus egerit, accusato-
ribus excommunicetur. Quod si ab eis nihil recte voluit percipere, tunc
primo summos adeat primates. et ipsi tempore congruo
canonice eos convocare debent. Qui si aut suis rebus
expoliati, vel a propriis sedibus eiecti, vel expulsati vel oppressi
vel iam inique tractati fuerint, primo eruantur, vel canonice res-
tituantur, atque omnia sibi ablata integerrime eis legibus
reddantur. quoniam prius quam hec fiant, ut in predicto con-
stitutum est concilio, nec canonice convocari nec distringi
a quoquam possunt. quia nec seculares leges hec permittunt
fieri, quanto magis ecclesiastice. Igitur et a superdictis patribus
est diffinitum consonanter, ut si quis fratrum episcoporum vel metropo-
litanum vel comprovinciales vel iudices suspectos habuerit
vel etiam sanctam romanam interpellat sedem, cui ab ipso domino
potestas ligandi et solvendi speciali est privilegio super alios
concessa. Ipsa enim fundamentum a deo fixum et inmobile per-
cepit. quam ipsa forma universorum titulorum lucidissima
dominus ihesus christus propius veram apostolicam constituit sedem. Ipsa
est enim sacer vertex in qua omnes vertuntur, sustentantur
et revelantur. Et sicut in christo christiani, et in petro id
est christo petrus. Et super fundamentum tuum ecclesie columpne
id est episcopi, qui etiam sustinere et apostolis summe por-
tare debent, ubi sibi conscripte tibique claves regni
celorum commisit, atque ligare et solvere potestative que
in terra et que in celis sunt promulgavit. Tu quoque publica-
natrix heresum et imperatorum atque omnium christianorum depo-
sitor et princeps et doctor, capitque omnium ortho-
doxe doctrine et inmaculate fidei existis. Igitur ne
despicias preces tuorum pater pietate bonitatisque clemens.
Et sicut illi presules et predecessores vestri a mul-
tis liberaverunt oppressionibus et angustiis ista